

C. Plinius Caecilius Secundus (geboren 61/62 in Como, gestorben 112/113 in Bithynien) schreibt an den Historiker Tacitus folgenden Brief:

5 Salvum in urbem venisse gaudeo;
venisti autem, si quando alias, nunc
maxime mihi desideratus. Ipse
pauculis adhuc diebus in Tusculano
commorabor, ut opusculum, quod est
in manibus, absolvam. Vereor enim,
ne, si hanc intentionem iam in fine
laxavero, aegre resumam. Interim, ne
10 quid festinationi meae pereat, quod
sum praesens petiturus, hac quasi
praeursoria epistula rogo.
Sed prius accipe causas rogandi,
deinde ipsum, quod peto.

Ich freue mich, dass Du gesund in die Stadt (Rom)
gekommen bist; Du bist aber gekommen und, wenn je,
gerade jetzt sehr von mir erwartet. Ich selbst werde
noch wenige Tage auf dem Tusculanum bleiben, um
das kleine Werk abzuschließen, das ich in Händen
habe. Ich fürchte nämlich, wenn ich schon nahe am
Ziel in dieser Anspannung locker lasse, sie nur schwer
wiederzufinden. Damit jedoch nichts an meiner
Ungeduld verloren geht, bitte ich Dich mit diesem Brief
quasi als Vorboten schon jetzt um das, um was ich
Dich persönlich bitten möchte.
Aber zuvor vernimm den Anlass meiner Bitte, dann
das, worum ich Dich bitte.

Proxime¹ cum in patria mea fui, venit ad me salutandum ²filius municipis mei
15 praetextatus². Huic ego “Studes?” inquam. Respondit: “Etiam.” “Ubi?” “Mediolani.”³
“Cur non hic⁴?” Et pater eius - erat enim una⁵ atque etiam ipse adduxerat puerum -:
“Quia nullos hic⁴ praeceptores⁶ habemus.” “Quare nullos? Nam vehementer⁷ intererat⁷
vestra⁷, qui patres estis” - et opportune⁸ complures patres audiebant – “liberos vestros
hic⁴ potissimum discere. Ubi enim aut iucundius morarentur quam in patria aut pudicius⁹
20 continerentur⁹ quam sub oculis parentum aut minore sumptu¹⁰ quam domi?
Atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum ¹¹pro re publica nostra¹¹,
quasi pro filia vel parente, tertiam partem eius, quod conferre vobis placebit, dare.
Totum etiam pollicerer, nisi timerem, ne hoc munus meum quandoque¹² ambitu¹³
corrumpetur, ut accidere multis in locis video, in quibus praeceptores⁶ publice
25 conducuntur¹⁴. Huic vitio occurri uno remedio potest, si parentibus solis ius
conducendi¹⁴ relinquatur, iisdemque religio¹⁵ recte iudicandi necessitate¹⁶ collationis¹⁶
addatur. Nam qui fortasse ¹⁷de alieno neglegentes¹⁷, certe de suo diligentes erunt
dabuntque operam, ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat.
Nihil honestius praestare¹⁸ liberis vestris, nihil gratius patriae potestis. Educentur hic⁴,
30 qui hic⁴ nascuntur, statimque ab infantia¹⁹ natale¹⁹ solum¹⁹ amare frequentare¹⁹
consuescant¹⁹. Atque utinam tam claros praeceptores⁶ inducatis, ut in finitimis oppidis
studia hinc petantur, utque nunc liberi vestri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum
confluant²⁰!”

35 Haec putavi altius et quasi a fonte
repetenda, quo magis scires, quam
gratum mihi foret, si susciperes, quod
iniungo. Iniungo autem et pro rei
magnitudine rogo, ut ex copia
studiosorum, quae ad te ex

Ich glaubte, Dir dies weiter ausholend und quasi von
der Quelle an darlegen zu müssen, damit Du umso
besser weißt, wie willkommen es mir wäre, wenn Du
das auf Dich nähmst, was ich Dir aufbürde. Aber ich
bürde es Dir auf und bitte Dich angesichts der
Bedeutung der Angelegenheit, Dich aus der Menge

40	admiratione ingenii tui convenit, circumspicias praeceptores, quos sollicitare possimus, sub ea tamen condicione, ne cui fidem meam obstringam. Omnia enim libera	der Studierenden, die bei Dir aufgrund ihrer Bewunderung Deines Talents zusammenkommt, nach Lehrern umzusehen, die wir dafür motivieren könnten – doch unter der Bedingung, dass ich keine verbindlichen Zusicherungen machen kann. Denn ich
45	parentibus servo: illi iudicent, illi eligant, ego mihi curam tantum et impendium vindico. Proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud	halte den Eltern den Rücken frei: jene sollen entscheiden, jene sollen auswählen; ich beanspruche für mich nur die Sorge und die Besoldung. Wenn sich also jemand findet, der auf sein Talent vertraut, soll er dorthin kommen mit dem Vorbehalt, dass er von hier
50	certum quam fiduciam suam ferat. Vale.	keine andere Sicherheit mitnimmt als sein Selbstvertrauen. Leb wohl!

Übersetzung: B. Keller

1	proxime (Adv.)	neulich, kürzlich
2	filius municipis mei praetextatus	der Sohn eines Landsmanns von mir in einer Toga mit Purpursaum (d.h. im Alter von ca. 16 Jahren)
3	Mediolani	in Mailand
4	hic (Adv.)	hier
5	una (Adv.)	zugleich
6	praeceptor , -oris m.	der Lehrer
7	vehementer interest vestra	es liegt sehr in eurem Interesse
8	opportune (Adv.)	günstigerweise
9	pudicius continere (contineo)	zu größerem Anstand erziehen
10	sumptus , -us m.	der (finanzielle) Aufwand, die Kosten
11	pro re publica	für unsere Gemeinde
12	quandoque (Adv.)	über kurz oder lang
13	ambitus , -us m.	die Bestechung
14	conducere (-duco)	<u>hier</u> : bezahlen
15	religio , -ionis f.	<u>hier</u> : die Verpflichtung
16	necessitas (-tatis f.) collationis	die Notwendigkeit eines (finanziellen) Beitrags
17	de alieno neglegere (neglego)	mit fremdem Geld nachlässig umgehen
18	praestare	erweisen, geben
19	ab infantia natale solum frequentare consuescere (consuesco)	jemanden von Kindheit an daran gewöhnen, den Geburtsort häufig zu besuchen
20	confluere , -fluo	zusammenströmen

1. Fassen Sie den Inhalt dieses Briefes kurz, d.h. in höchstens drei Sätzen, zusammen.
2. Zu Beginn seines Briefes an Tacitus kündigt Plinius an, dass er eine Bitte habe und auch den Anlass hierfür nennen werde.
Arbeiten Sie aus dem lateinischen Text heraus,
 - a. welche Bitte Plinius äußert,
 - b. was ihn zu dieser Bitte veranlasst hat.
3. Beschreiben Sie, wie Plinius die „Vorgeschichte“ seiner Bitte sprachlich gestaltet.
4. Zeigen Sie, wie Plinius seiner Bitte an Tacitus Nachdruck zu verleihen versucht.
5. Stellen Sie dar, welche Rolle Plinius bei der Lehrersuche spielt. Belegen Sie Ihre Aussagen mit lateinischen Zitaten.



Plinius ist, wie sich auch in diesem Brief zeigt, eng mit seiner Heimatstadt Como verbunden. Recherchieren Sie, wo auch heute noch in Como an Plinius erinnert wird. Präsentieren Sie die Ergebnisse Ihrer Recherche in der Lerngruppe.